

fiant. In concluso enim aere si quæ extenuata erunt,
 non discernentur, sin autem uidebuntur graaliores,
 cum exterioribus fuerint striæ uigintiquatuor, in his
 faciende erunt. xxviii. aut. xxxii. Ita quod detrahi-
 tur de corpore scapi, striarum numero adiecto adau-
 gebitur ratione quo minus uidebitur, & ita exæqua-
 bitur dispari ratione columnarum crassitudo, Hoc
 autem efficit ea ratio, q̄ oculus plura & crebriora si-
 gna tangendo maiore uisus circuitione peruagatur,
 Namq; si duæ columnæ æque crassæ lineis circumme-
 tiantur, è quibus una sit non striata, & altera stria-
 ta, & circa strigium caua, & angulos striarum linea
 corpa tangat, tametsi colūnx æque crassæ fuerint, li-
 nea quæ arcuata erunt, nō erūt æq̄les, q̄ striarū,
 & strigii circuitus maiore efficiet lineæ longitudinē.
 Sin autem hoc ita uidebitur, non est alienum in an-
 gustis locis, & in concluso spatio graaliores columna-
 rum symmetrias in opere constituere, cum habeamus
 adiutricem striarum temperaturam. Ipsius autem cel-
 le parietum crassitudinem prorata parte magnitu-
 dinis fieri oportet, dum antæ eorum crassitudinibus
 columnarum sint æquales, & si extructi futuri sint,
 q̄ minutissimis cæmentis recte struatur. Sin aut quæ-
 drato saxo aut marmore maxime modicis paribusq̄
 uidetur esse faciendum, q̄ media cōagmenta mediū la-
 pides continētes firmiorem facient omnis operis per-
 fectionem, Item circum cōagmenta, & cubilia eminentes
 expressiones graphiæteram efficiant in aspectu
 delectationem.

De pueris
 p. 22, u.
 4 dupl. de la
 Faustina